



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. I. Instituendæ iuuentutis summa neceßitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

POLITICORVM

LIBER QVARTVS.

DE INSTITVTIONE IUVEN- TVTIS.

CAPVT I.

Instituenda iuuentutis summa ne- cessitas.

Iuuentutis
institutio
fundamen-
tum est Rei-
publice.



PTABAT olim Crates al-
tissimum ciuitatis locum
conscendere, & summa a-
nimi, vocisque contentio-
ne exclamare: ὁ ἀνδρῶν ποί
ποι ἔρεθε. ὅτι πῦρ χρημάτων
μὴν κηρύττει πῦρ, πᾶσαν ποιεῖ
δὲ σπυδήν. Τῶν δ' οὖν, οἷς

ταῦτα κατὰ λέξει τε, καὶ μετὰ θεωρήσει. Hæc enim eius
verba Plutarchus libro *de παιδων ἀγωγῇ* fuisse re-
fert. Quo ferimini o mortales, qui ad possidendas opes ma-
gno studio incumbitis, filiorum vero, quibus illa relinquitis,
exiguam curam geritis. Addere se vero proficitur
Plutarchus: Eiuscemodi patres idem facere, quod
illi, quibus calceus cura est, pes neglectus. Nunc adeo
frequentius hoc stultis parentibus inculcatur, ut ad
salutaria monita, velut accola Nili, ad Catadupa-
rum sonitus obsurdescant: Tantum abest, ut ver-
bis moueantur, ut ne damnis quidem sapiant. Ne-
que operæ precium est contra fornacem, ut aiunt,
hiare, & valido se errori opponere; Regum illa est
cautela, & magistratum: Hoc tantum malum,
non nisi à summa potestate corrigi potest. Paren-
tes disciplinam negligunt, multi ne patiuntur qui-
dem filios recte institui. Vitii contra pedagogos,
& magistros fauent: multi etiam suo exemplo, ne-
quitia dociles corrumpunt.

Vana est de
pauca cura,
tabes
corpus ex-
est.

Summis
malis sum-
ma imperia
apponenda
sunt.

Parentum
exempla
incumbula
ipsa cor-
rumpunt.

Hand facile
erat, qui
ductorem
sequitur.

Ceteri Gra-
eci recta scie-
bant, Spar-
tani facie-
bant.

Hinc grandia Reipublicæ mala nascuntur, nam
ex institutione iuuentutis vna salus. Συντελὼν τοῖνυν
ἕνα φύλι, καὶ χρησιμολογεῖν μάλλον, ἢ ἀδυνατεῖν διέξαι
ἀν εἰκότως, ὅτι ἐν πρώτῳ, καὶ μέσῳ, καὶ τελευταίῳ ἐν τῷ
τοῖς κατὰ λέξει, ἀγωγῇ σπουδαία, καὶ παιδεία νομίζουσιν ἐστίν.
Summa igitur complexus ego dico, & oracula potius fun-
dere, quam hortari possum videri, nempe primum, medium,
& postremum esse institutionem accuratam, doctrinamque
legitimam. Natura enim cæca est, & nisi aliena vel-
ut manu ducatur, atque interdum trahatur, aber-
rat. Itaque gentium consensus omnium est, non
posse Rempublicam esse saluam, nisi primæ ætatis
recta, ac legitima institutione. Prudentia hac in
parte excelluit inter Græcos, diu bonorum morum
æmulatrix Lacedæmon; ex principibus enim παιδο-
νόμους constituit, & crebro iuuentutem ad examen
vitæ, virtutisque vocauit. Persæ quoque, antequam
infantula felicitas, bonas leges obruiisset, magna cu-
ra, ut recte iuuentus formaretur, effecerunt. Duo-
decim enim principes, pueris erudiendis præfece-
runt. Xenoph. in Pædia. Egyptii, & Chaldaei ab
ipsis parentibus Philosophiam, & leges doceban-
tur, ut testatur Diod. Siculus lib. 2. cap. 8. Hæc e-
nim in semine, messis futuræ spes erat. Maior, &

barbaræ fere simplicitatis, Brachmanum Indorum
solicitudine, qui recens nato infanti, magistrum præ-
ficiabant, ut refert Alexander ab Alexandro lib. 2.
cap. 25. Et sane quanta sit huius rei necessitas, ex-
perientia quotidiana nos edocet. Quemadmodum
enim equi indomiti, qui nec frenum pati, nec fere-
re sessorem didicit, nullus est vsus; ita quoque ciue
non eget Respublica, qui legibus patriis parere non
assuevit. Oraculum est Platonis lib. 6. de legibus:
ὁ ἀνδρῶν παδείας μὲν ὁρθῆς τυγόν, θεϊκότατον, ἡμετέ-
ρα τὸν τε ζῶον γίγνεται φιλεῖ, καὶ ἱκανὸς δ', ἢ καὶ καλὸς
τεσσάρων, ἀγχιότατον μὲν, ὅπου φύει γῆ. Homo rectam
natus institutionem, diuinissimum, mansuetissimumque a-
nimal effici solet, si vero vel non sufficienter, vel non bene
educetur, eorum quæ terra progenit, ferocissimum.

Tenera stir-
pes facile
ductum se-
quuntur.

Adde quod
ingenuas
didicisse fi-
deliter ar-
tes, emollit
mores, nec
sinit esse se-
ros.

§. 2. Nisi igitur θεοιοεσθῶν, serpentes, & beluas
in matris viscera grassaturas, respublica alere consti-
tuerit; curam illam ipsa in se suscipiat. Consilium
est eius, quem callidissimus regum, filio magistrum
dedit, Aristoteles lib. 8. cap. 1. politic. Quin legum
scriptori igitur, in adolescentium disciplina maxime sit ela-
borandum, nemo in controuersiam vocarit. Namque hoc in
ciuitatibus neglectum, magna incommoda Reipublice admi-
nistranda formis importat: accommodare enim ad vnum-
quodque Reipublice administrande genus, ciuitatem admini-
strare oportet. Nam vniuscuiusque Reipublice administran-
da forma propria indoles, atque, ut ita dicam, ingenium pro-
prium, & Reipublice administrande formam tuetur, & ab
initio constituit, verbi causa, indoles Democratiæ conueniens,
democratiam constituit, & conseruat, oligarchiæ conueniens,
oligarchiam. Semper autem ut quæque indoles est optima, ita
optimam Reipublice administrande formam parit. Præterea
in omnibus facultatibus, atque artibus quadam oportet ante
doceri, & quibusdam ante assuescere ad cuiusque opera, mu-
neraque obeunda. Quare perspicuum est etiam ad virtutis
actiones expromendas, quibusdam studiis, & exercitationi-
bus antecedentibus opus esse. Quoniam autem finis vnus omni
ciuitati propositus est, perspicuum est etiam vnam, & eandem
omnium necessario esse disciplinam, huiusque procurationem
publicam esse oportere, non priuatam: quemadmodum nunc
sui cuique filij cura sunt, & priuatim: & priuatam discipli-
nam, quam cuique visum fuerit, docere, suis filiis tradenti, o-
portet autem rerum communium exercitationem quoque fa-
cere communem, simulque ciuem neminem existimare oportet,
ipsum esse suum, sed omnes se esse ciuitatis: particula enim
vnusquisque cuius ciuitatis est. At cuiusque particula procu-
ratio, totius procurationem intueri solet natura. Atque etiam
aliquis, Lacedæmonios in hoc laudari: plurimum enim studij
in pueros conferunt, idque communiter, & publice, leges igitur
de disciplina, & institutione puerorum esse scribend., atque
hanc communem & publicam esse oportere perspicuum est.

Nomotheta
prima cura
est adole-
scentium di-
formatio.

Ciues ad
formam Rei-
publice e-
rudiendi.

Disciplina
vna omni-
bus sit commu-
nis.

§. 3. Procurator rei familiaris constituitur, vi-
neis cultor præficatur, & iumenta sub custode sunt, mori pro-
filiorum ætas negligitur. Mœnibus, viis, portibus, uentibus, quæ
armamentariis sunt præpositi magistratus, mores nulla cul-
iuuentutis in relictis habentur. At parentum hoc munus

Paruus est
mori pro-
filiorum ætas
negligitur, uen-
tibus, quæ
nulla cul-
tura.

Cum par-
tes officium
aferunt,
& publica
est pars.

Vitia cum
aetate inua-
lescent.

ad viti-
a et i-
n-
ces.

enri foras
viti-
a et i-
n-
ces.

Ignoratio
viti-
a et i-
n-
ces.

Indoles bo-
na nasci-
tur, ad vir-
tutem in-
stituitur.

Constantia
ordinem, &
legem re-
queret.

Scythia me-
liores Gra-
cis per i-
psam insti-
tutionem.

Philosophia
philologia
facta erat.

munus est: Omnino parentum est, lex natura, di-
nina oracula, honestam filiorum educationem, pa-
rentibus iniungunt: Sed multi officio desunt, qui-
dam non possunt, nonnulli etiam improbo exem-
plo, praeceptisque animos filiorum frangunt, peni-
tusque corrumpunt. Cum enim omnis quidem a-
tas discat, sed praecipue tenera; quaeque illa rece-
pit, diutissime retineat; hinc fit ut parentum, vel
exemplis, vel vitiis, ante tempus imbuantur. Gy-
psus recens fusa, facile erudita manus ductum le-
uiscit. Egredie Aristoteles lib. 7. polit. cap. 17. For-
tasse enim Theodorus tragedus, non male tale quiddam di-
cebat. Nullum enim unquam, ne contemptum quidem hi-
strionem, passus est ante se in scenam prodire: quod existi-
maret spectatorum aures iis, quae prima audiunt, captas
occupari, quod idem visu venit, & in hominum congressio-
nibus, & in rerum tractationibus. Nam quae prima nobis
oblata sunt, ea omnia nobis sunt probatissima. Quare ado-
lescentibus cum mala, ac vitiosa omnia ita debent esse inco-
gnita, quasi peregrina, tum ea maxime, in quibus inest vel
turpitudine, vel animi offensio.

Ita plane est; magna est eorum auctoritas, quae
prima discimus. Magna itaque prudentia Eteocles,
Antipatro obfides adolescentulos petenti, negavit;
adultos permittit. Causam dedit, quod teneri a pa-
rentibus, & bene instituta republica, auelli non o-
porteret, ne bona educatione inter externos care-
rent.

§. 4. Obiciuntur nobis à quibusdam Schytarum
mores, quibus aiunt dedisse naturam, quod Graeci
longa exercitatione, praeceptisque philosophiae
consequi non potuerunt. Honestiores enim fuere
mores barbarae gentis, quam cultissimarum in Graecia
urbium. Ita Tro. lib. 2. Itaque & Quintilianum
recte dixisse. Ego mores nasci puto.

Ego quidem naturam plurimum facere ad vir-
tutem arbitror, indolemque aliis esse ad bonum pro-
peniorem, quam aliis, sed studio, doctrina, exem-
plis firmanda est. Omnibus natura dedit funda-
menta, semineque virtutis, omnes ad omnia ista, nati
sumus: cum irritator accessit, tunc illa animi bona,
velut sopita excitantur. Impetus est à natura, sed
eruditione, consuetudine, exercitatione perficien-
dus, & regendus est. Doceri virtutem posse ne-
gavit Plato, insitam enim esse *deia poiea aien vti*,
Sine mentis agitatione, diuina sorte insitam esse. Id de ini-
tio recte dixeris; (nam de donis illis sanctorum,
Plato ne somniauit quidem) Sed tamen opus est
excitatore. Seneca Ep. 95. Non potest enim quisquam,
nisi ab initio formatus, & tota ratione compositus, omnes
exsequi numeros, ut sciat quando oporteat, & in quantum,
& cum quo & quemadmodum. Quare non potest toto a-
nimo, ad honesta conari, ne si constanter quidem, aut liben-
ter: sed respiciet, sed habetabit.

Cur igitur Scytharum mores sine philosophia,
Graecorum moribus erant meliores? Duas praeci-
pue causas esse, nos docet historia. Prima est, quod
Scytharum vino, cupediis, deliciis, magnorum vitio-
rum fomentis, & irritamentis carerent, ideoque &
necessitate, & ignorantia vitiorum, incorruptiores
viuebant: Omnes vero ad militiam, ad venatum,
ad labores, seueræ matris ad arbitrium, instituebantur.
Alterca causa erat in ipsa Graecia; nam exempla
viuentium philosophiae contraria, omnium sese o-
culis ingerebant. Imo iam philosophia, honesta
causæ prauicatrix, vitiis non cessaret modo, sed
confererat. Erantque multi philosophi ceteris ne-
quiores; ut ex Laetio, aliisque constat. Antiqua sa-
pientia nihil aliud, quam facienda, & vitanda, praecepit: &
tunc longe meliores erant viri: postquam docti prodierunt,
boni desunt. Senec. Epist. 95. Itaque minora remedia

poterant obistere minoribus barbarorum malis. Graecorum philosophia, quae disputat magis, quam vi-
uere docebat, à maximis captiua trahitur.

Quanta autem vis sit institutionis, optime Plutar-
chus docet. *ἡ δὲ παιδεία ἀγαθή.* Quam vero compen-
diosa, valensque sit sedulitas, atque labor, si multas res consi-
deres, cognosces. Namque aquae stille saxa excavaunt, fer-
rumque, & as, manuum contrectatione attruntur leui. Por-
ro rota vehiculorum, molimine intorte, nulla ratione dirigi
rursus valent, baculi vero recurui histriionum, haud qua-
quam queunt corrigi: sed quam acceperunt labore, contra na-
turam, formam, ea valentior euasit naturali. Quid nunc in-
dustria, hac sola vim demonstrant? non, imo infinita alia,
solum bonum ferax est, sed squaler neglectum: atque quo est
indole praestantior, eo magis per inertiam destitutum cultu-
ra senescit. Sin quod horridius iusto est & asperius, cultum
tamen confestim praestantes edit fructus, quae autem non red-
duntur tortuose, & effata arbores obliteratae? Si vero tyroci-
nium natae probum fuerint, felices euadunt, ac praefecunda.
Iam quod corporis robur non retunditur, marcescitque, offi-
ciantia, luxu, & socordia? Quae contra mollis natura, exer-
citaris laboreque subactis non adoleuit in summas vires? Ec-
qui recte domiti equi, non parentes existerunt sessoribus? Ec-
qui contra indomiti, qui manserunt non intradabiles & sero-
ces euasere? Et quid superis cetera, cum bestias cernamus, vel
immanissimas industria cicurari, ac miterere plerique? &
Recte etiam Thessalus rogatus; qui Thessalorum forent placi-
disimi: qui bello, inquit, defuncti sunt. Caterum quid atti-
net commemorare vulgaria? est enim multorum amorum
assuetudo, & qui virtutes morales assuetudine indutas dixe-
rit, is mihi haud videatur offendere. Vbi vero vnum praeterea
addidero exemplum, non ultra huic argumento immorabor.
Legislator Lacedaemoniorum, catulos duos eorundem paren-
tum, Lycurgus sumpsit, quos non pari modo educavit; verum
vnum reddidit voracem & gulosum, sagacem alterum, & ve-
natorem peritum, concione hinc aduocata Lacedaemoniorum.
Momentum vtrique Lacedaemonij, inquit, ad virtutis firmitatem
haud est mediocriter assuetudo, & doctrina, & institutio, disci-
plinaque viuendi, id ego nobis exemplo planum faciam. Mox
productos catulos illos dimisit, statuens ex aduerso catulis ol-
lam, & leporem, ibi alter cursum leporem, ollam alter petijt.
Cum autem quid ea re significaret, aut quo spectans, catulos,
ostendisset coniectare nondum valent Lacedaemonij. Paren-
tum hi sunt, inquit, eorundem ambo, sed quia in disciplinam
dati sunt diuersam, hic edax, alter euasit venator.

Ad Reipublicae salutem, & euerfionem haec per-
tinere Aristoteles lib. 5. polit. cap. 9. demonstrat. O-
mnium autem eorum, quae dicta sunt, ad rerum pub. diutur-
nitatem, & stabilitatem maximum est (quod nunc omnes ne-
gligunt) puerorum educationem, atque institutionem, ad reip. Legum ad-
ministranda formam, esse accommodatam: legum enim vel
vtilissimarum, & ab omnibus in republ. viuentibus compro-
batarum, nullus est usus, nisi ciues erunt eis assuesciti, atque ad reip.
eas eruditi in republ. administranda, si quidem leges sint popu-
lares, populariter: sin autem oligarchiae conuenientes, oligar-
chia conuenienter. Nam si in vno incontinentia, etiam in ci-
uitate est. Non est autem hoc eruditum esse, ad reipublicam ad-
ministranda formam, ea facere, quibus laetantur pauci impe-
rium obtinentes: aut ij, quibus democratia cordi est, sed hoc,
ea didicisse, & agere posse, quibus poterunt illi oligarchiam ob-
tinere, hi in democratia viuere. Nunc autem in oligarchia

Optima
quidem, eorum qui reipublica praesunt, liberi, deliciis, & lu-
xuria dissolunt: egentium vero filij, exercitati, & laboribus
assuesciti sunt. Itaque eo magis, & volunt res nouas moliri, neglecta
& possunt. In democratia vero ius, quae exquisita, & accurate noxa
populi potentiam retinent, contrarium: atque quod reipubl.
conducit, institutum est. Huius rei causa est, quod male defi-
niunt libertatem. Duo enim sunt, quibus democratia videtur
esse definita. Vnum, ut reipubl. potestas, penes maiorem po-
puli partem sit: alterum, libertas. Nam quod iustum est, id
videtur esse equum, seu aequale: equum, ut quicquid multi-
tudi visum sit, id ratum sit: liberum autem, & equum est,
quicquid

Institutio
natura est
potentior.

Neglectis
vrenda sunt
innascenti
agru, etiam
optimi.

Longa diu-
tissimi ho-
mini da-
cunt paren-
tes leones.

Q
m
m
m

Re
m
m
m

Optima
tutum filij
natura est
neglecta

CAPVT II.

Præcepta institutioni iuuentutis necessaria, omnibus data.

§. 1. **M**VLTA mihi patribus, matribusque dicenda, pro filiis contra inutilem, & Reipublicæ noxium amorem: Sed vereor, ut capiant, ideo cau- sam ad magistratus referam, eius enim muneris est ad- uigilare, ne sceleratus Reipublicæ ciuis educetur. Si enim ebriosus, decoctor, adulter, turbulentus, rapax, calumniator euadat, idem proditor erit patriæ, si po- terit. Quædam vero generatim propono, non quasi ignota, sed quæ in mores induci cupio: Sunt enim iam dudum neglecta.

Boni magi- stratus est interclude- re omnes malorum vias.

§. 2. Primum præceptum necessarium & difficile est: Ut patris & matris, fratrumque, & agnatorum vi- ta, sit disciplina noui Quiritis. Vere discet, quod in patre vident. Hoc primum putat licere, quod patrem facientem intuetur. *Gratum est, quod patria ciuem, popu- loque dedisti, si facis ut patria sit idoneus.* Non facies, si ex- emplo tuo monstas vitia sequi. Magna vis exempli est ad omnes, tota est in docendis teneris: iudicare non possunt; quæ vident, ea sequuntur. Pullos vena- tum aquila educit, seruare feram à maiore, minor can- nis addiscit, iuuenulus iugo colla subiicit, ante com- itatus bouem. Ita filius dignitatem esse putat, non laborem, quo patrem videt occupatum. *O te beatum adolescentem, qui eum potissimum imitandum habes, cui na- turæ se simillimum esse vult.* Plin. lib. 8. Ep. 13. Magna felicitas filii, non diues, aut potens, sed bonus pater. Interdum ex Dauide Absolon, ex Ezechia Manasses, ex Iosia Ioahas, & e contrario ex bonis mali nascun- tur, & sunt Heroum filii, noxæ. Sed ut facile est, à pa- trina virtute degenerare posteros: ita probos euade- re eos, qui paternorum flagitiorum rudimenta ha- buerunt, est rarissimum: Illosque tales merito Dei fi- lios vocaueris. Quia virtute naturam superarunt.

Velocius & citius nos corrumpunt vitio- rum exem- pla dome- stica.

Iuuentutis peccata ma- gis exemplis quam ra- tione capiū- tur.

§. 3. Secundum eodem pertinet. Ut familiam ho- nestam, piam, pudicam habeat parens. Grande, & la- te patens malum improba familia; quod sanctissimis imposuit, regiaque domos euertit. Miraris in sanctis- simi regis, & prophætæ aula, Ammonem incestum, Absolonem cæde fratris oblitum, parentis iugulum petere. Desiste mirari, Ioab duorum principum inter- fector, rerum potiebat. Achitophelis consilium e- rat, quasi consilium Dei: Ille qui filium in parentis tho- rum, & sanguinem accendit. Tam obest filii moribus sceleratus seruulus, quam malus pater. Nam coram qualicumque patre verecundiam peccati, reuerentia facit, & natura. Improbi Pseudoli, Sosiaque dum filios familias nobilitant flagitiis, suo commodo student. Theodosio nihil in votis altius sedit, quam ut Arca- dio, & Honorio filiis, bonos ministros, morituros af- signaret. Pestilentiosum, leprosum, epilepticum fa- mulum auerfatis, domum enim funestaret, atque infa- maret, & contagia in contubernales diuideret: Im- probos ministros pateris, vel amici commendatione, vel obsequio delinitus, qui fæda lue filios inficiunt. Et quod miserrimum est, illum tibi inimici efficiunt.

Parentum monita ex- cutiunt ser- uulorum blanditie.

Plures cor- rumpendis filiis, quam virtute ad libertatem tendunt.

§. 4. Perfarum institutum imitare, ut filios à fami- liæ, à fori conspectu, etiam à tuo, & matris, si tibi in turba agendum est, remoueas. Fortiter hic obdura, vince affectus tuos; sapientia virilis animi, teneritu- dinem amoris vincat. Perfarum filii, seorsum à fami- lia agebant, Romani pueritiam domi custoditam, iu- uentutem in bello agebant. Adolescentuli statim ca- strensibus stipendiis imbuebantur, ut imperare parendo, duces agere, dum sequuntur, assuescerent. Plin. l. 8. Ep. 14. Causam reddit Tac. ann. 2. Iuuenes urbani luxu diffusen- tes, melius in castris habentur. Perfa, filios ante quadri- ennium in conspectum non admittebant. Galli non nisi

A filiis tuis caue, & à domesticis tuis attende. Præu. 23.

Cordis & capitis cura præcipua est medicis.

Stultitia principis frui, quam prudentia regi pleriq; malant.

Pessimus pater, qui corruptor hæditis est.

Virtutem ipsam ex- scindere tenet.

Quod pesti- mi docent, mali si- nunt.

Romani mores quo- modo defe- cerint.

quicquid velis facere. Itaque viuunt unusquisque, in talibus de- moratus ut vult, & quolibido trahit, ut ait Euripides: at hoc malum, & vitiosum est. Non enim oportet existimare serui- tutem esse, viuere ad reipubl. administranda formam accom- modate, sed salutem.

§. 5. Præcipua igitur cura, optimatum filiis adhi- benda, est summa principum. In horum institutio- ne, publico pessimo peccatur, quæ culpa populorum excidiis luitur. Agri sunt principum filii, ex quibus multitudini, victus præbetur. Eoque maior cura ne- cessaria est, quo difficilius inuenitur, tam forti animo vir, qui futurum principem offendere audeat. Ple- rique gratiosi apud principem esse malunt, quam fa- cere principem bonum. Quorum ratio tam ab offi- cio recedit, quam medicorum, qui indulgendo, ne displiceant, occidunt ægrotum. Pauci sunt parentes, qui filios nolint esse viros bonos, plerique etiam po- stulant, ut se meliores sint. Sed inuenti tamen sunt, qui improbos mallent. Heliogabalus filium sibi si- milem optabat, & Alexandrū Cæsarem, in suos mo- res corrumpere, summo imperio conatus est, ita rem narrat Herodotus in Elagab. Postea igitur quam Ale- xander Cæsar est appellatus, volebat eum statim Antoninus suis illis institutis imbueret, ut scilicet choros agitante, saltanteque, & sacerdotij particeps, vestitu eodem, atque artibus vteretur: quem tamē mater Mammaea, ab omni illa fœditate vindicabat, sum- misis clam doctoribus omnium disciplinarum, modestiamque edocens, ac palestra, virilibusque gymnasiis insuefaciens, Gre- cisque eum pariter, & Latinis literis insituens. Quibus rebus magnopere Antoninus indignabatur, iamque adoptionis, im- perique participati penitebat. Quapropter omnes illius do- ctiores aula exegit, quosdamque illustriores partim morte, par- tim exilio affecit, ridiculas allegans causas, quod filium ipsius corrumpere, neg, agitare eum choros, atque ebacchari sinerent, sed ad modestiam componerent, & virilia officia edocerent.

Vix esse illos arbitror, qui ista doceri suos velint. Multi tamen permittunt. Infantiam deliciis soluant, turpia dicta puerorum, quorum illi sensum nondum habent, arrisui probant, indubii omnium malorum, quæ facturi sunt, auctores futuri. Peccare docent, qui sinunt, qui assuefaciunt. Grauius id Quinctilia- nus, in suis Romanis exagitat, & censet: de orator. Iam primum (inquit) cuius filius ex casta parente natus, non in cella emptæ nutritis, sed gremio, ac sinu matris educabatur, cuius præcipue laus erat, tueri domum, inferuire liberis. Elige- batur autem aliqua natu maior propinqua, cuius probatis, spe- citatisque moribus omnis cuiuspiam familia soboles committere- tur, coram qua neg, dicere fas erat, quod turpe dictu, neg, face- re, quod inhonestum factu videretur. Ac non studia modo, cu- raque, sed remissiones etiam, lususque puerorum, sanctitate qua- dam, ac verecundia temperabant. Sic Cornelia Gracchorum, sic Aureliam Cæsaris, sic Atiam, Augusti matrem præfuisse edu- cationibus, ac produxisse principes liberos accepimus. Quæ disciplina, & severitas eo pertinebat, ut sincera, & integra, & nullis prauitatibus detorta unuscuiusque natura, toto statim pectore arriperet artes honestas, & siue ad rem militarem, siue ad iuris scientiam, siue ad eloquentia studium inclinasset, id so- lum ageret, & vniuersum hauriret. At nunc natus infans, de- legatur Graculo alicui ancilla, cui adiungitur vnus, aut alter, ex omnibus seruis, plerumque vilissimus, nec cuiquam serio mi- nisterio accommodatus. Horum fabulis, & erroribus, teneri statim, & rudes animi imbuuntur. Nec quisquam in tota do- mo pensi habet, quid coram infante aut dicat, aut faciat, quan- do ipsi parentes nec probitati, neque modestie paruulos assue- sciant, nec lascivia, & libertati, p. quæ paulatim impudentia ir- rept, & sui alienique contemptus. Tā vero propria, & pecuniaria huius vrbis vitia, pene in vtero matris concipi mihi videntur.

Eadem nunc etiam maiore probro peccant ma- gnam partem, apud multos enim est honoratior a- gazo, quam pædagogus.

Nemo se Christianorum excuset: Facientia culpam obtrinet, qui quod potest corrigere, negligit emendare.